

De figuris lapidum, &c.

1. Belemnites, vel Dactylus Idæus, maior: sic dictus à figura sagittæ: vnde & Germani quidã *Alpschoss*, hoc est, sagittam Incubi appellant. Nigricat, & radios à centro diffundit, vt apparet: solidus, excepta basi: sicut etiam cornua animalium aliquoufque caua sunt, inde solida. Accedunt autem odore quoque ad cornu vel os vstum, aut felium ferè vrinã. Substantia friabilis ferè est, colore nigricat. Quidam ex eis fracti fuisse videntur, & rursus sponte coagulati.

2. Eiusdem basis cõcaua in medio, terram vel lutum continens.

3. Eiusdẽ alia species, intus atra & læuissima, nullis radijs, foris albicãs, tanquam crusta è creta inducta: substantia ei durissima, vt & ignem emitat tanquã Silex. foetoris nihil habet, magnitudine & figura, cacuminis etiã modicè inclinati, pollicis articulũ superiorem referens.

4. Belēnitæ radiati species minor,
linea